



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 59. Navarræ Regis sententia de comitiis Blessensibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI.

A.C 1588.

§. LIX.

Navarræ Regis sententia de comitiis
Blesensibus.

David. l. 9.

p. 632.

Spond. hoc

Cas. n. 17.

Cum interea hic conventus, qui non nisi decima septima Decembris absoluebatur, Rupellis ageretur, Navarræ Rex libellum composuit, qui ad Henricum III. transmissus ab eodem ad Blesensium Comitiorum Deputatos remittebatur: porro in eo Navarrus hæc petebat. I. Edicta ferventur, ceteræque gratiæ sæpius sectæ suæ Sociis indulgentiæ relinquuntur. II. Generale celebratur Concilium, ut in illo de controversiis fidei rebus legitime edoceri quis possit. III. Palam profitebatur, quod cuncta in ejus præjudicium in Blesensibus comitiis decreta tanquam irrita, nulliusque valoris esse reputet, eo quod ipse ad ea vocatus non fuisset, ac proin cuncta sibi imputata diluendi facultate privatus esset: IV. asseribat, quod hic conventus nec ex cunctis Ordinibus, nec ex omnibus Franciæ populis constaret, cum suæ sectæ fautores ad illum nec accersiti, nec admissi fuerint: ipse vero tanquam hæreticus damnari nequeat, quamdiu sincero animo paratum se exhibet, quod se liberi, & legitimi sive nationalis, sive generalis Concilii decisionibus subicere velit.

§. LX.